vel per sindicos communis tunc sindici dicti iudicis .x. libr. denariorum cortonensium pro qua
libet vice et nichilominus talis sententia non valeat nec teneat ullo modo et ex illa
nulla exactio vel executio fieri possit. Qui vero iudex cui commissa fuerit dicta
causa appellationis teneatur et debeat de ipsa causa cognoscere et eam diffinire et fine
debito terminare secundum formam iuris et statutorum Civitatis Castelli et in terminis
in statutis contentis. Videlicet in xxx diebus utilibus computandis a die appellationis interposite
a diffinitiva sententia et in .x. diebus continuos si fuerit appellatum et interposita ab
interlocutoria gravamine vel preceptis a die facte commissionis et accepte computandis
et sit licitum cuilibet a sententia lata in causa appellationis per talem iudicem cui facta erit
commissio appellare sicut a iudicibus ordinariis appellatur et eundem modum et
formam servet. Et predicta locum habeant quando in Civitate erit iudex appel-
lationum et maior sindicus.

que fieri debeat ~~[illegible]~~ receptio ex tenore. et post diem termini nichil possit poni vel fieri pena sindic. C. libr. et nulli nott. xxv. libr.

va

~~Quod omnibus sit licitum appellare — Cap. — Cxij~~

~~Item statuimus et ordinamus quod omnibus liceat appellare a sententiis definitivis
per iudices appellationum latis super civilibus causis quam iudex teneatur et debeat
ad petitionem petentis delegare et committere iudici non suspecto qui iudex delegatus
teneatur dictam causam sibi commissam cognoscere et diffinire in .xl. diebus utiles
numerandos a tempore late sententie et quam alius qui debebat cognoscere de appellatione
in eodem tempore diffinire teneatur et si non fuerit diffinita et diffinita lata
maneat sententia.~~

cat

Ubi sit licitum appellare — Cap. — Cxiij

Item statuimus et ordinamus quod quilibet possit appellare et omnibus personis
sit licitum appellare a qualibet sententia diffinitiva et interlocutoria et
precepto et gravaminibus in palatio communis presentibus vel absentibus partibus vel
ad eundem iudicem examinatore coram ipso et valeat et teneat ac si facta esset coram
potestate vel aliis iudicibus qui [iudi] curant et quod potestas et eius iudex et notarius teneantur
dare et dari facere copiam diffinitive sententie et cuiuslibet alterius precepti vel
gravaminis ad petitionem cuiuslibet petentis et non currat tempus alicui volenti
appellare donec habuerit copiam predictorum et post dictam copiam habitam incipi-
at currere dies in quos teneatur appellare et quod potestas non faciat nec
fieri faciat aliquod gravamen vel novum alicui postquam appellare voluerit
vel petierit appellare et si contrafecerit per sindicum condempnetur in .C. libr. denariorum pro
qualibet vice. Et si sindicus predicta non fecerit sive facere distulerit
ad petitionem cuiuslibet denuntiantis perdat de suo feudo .l. libr. denariorum et removea-
tur ab offitio.

Quod nulli sit licitum appellare — Cap. — Cxiiij

Item statuimus et ordinamus quod nulli sit licitum appellare et si appellaverit non audiatur appellans a sententiis latis per iudicem appellationum super gravaminibus et preceptis et interlocutoriis super quibuslibet causis immo roboris firmitatem obtineant per iudicem appellationum super predictis. Item quod a processibus faciendis per potestatem vel eius iudicem etiam cognitores causarum maleficiorum ante diffinitivam sententiam appellari non possit. Salvo quod si aliqua pars voluerit vel protestata fuerit vel dare vel inducere testes vel alias probationes quas inducere volebat, tunc iudex appellationum nichilominus possit et debeat dictas appellationes recipere dummodo protestatio predicta appareat per quam producantur documenta vel testes.

De quibus non possit appellari. Cap. CX

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis commiserit aliquod maleficium vel dixerit alicui iniuriam et potestas vel eius notarius sive iudex miles vel alter eorum qui sit ius consistendi preceperit talem ut det fideiussorem talis non audiatur nec eius appellatio admittatur. Item si potestas vel alius dominus ius iudicandi preceperit vel precipi fecerit vel terminum dederit quod aliquis compareat coram eo vel eius iudice vel ut se excuset vel reddat libellum vel positionibus vel ut faciat iurare testes vel publicare vel allegare de iure suo vel dare suspectos vel removere vel audire sententiam vel veniat videre velit et videre alium vel quod se inmiscuerit hereditati vel possessioni alicuius. Item si talis persona appellaverit in aliquo predictorum casuum non audiatur appellans per iudicem appellationum. Additum est quod postquam alicui preceptum fuerit per iudicem possit et debeat alio die pronuntiare contra eum.

Infra quantum tempus terminentur appellationes. Cap. CXI

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum consistat et consistere debeat omnes appellationes interpositas a sententiis diffinitivis et interponendas in civilibus et criminalibus causis et super gravaminibus et preceptis et interlocutoriis et latis a potestate milite et iudice suo seu sotiis in consilio generali et unicuique sit licitum appellare.

De eodem in criminalibus. Cap. CXII

Item statuimus et ordinamus quod iudex qui fuerit de appellatione aliqua facta vel facienda in causa criminali teneatur cognoscere terminare et diffinire omnes appellationes unam vel plures ad eum devolutas seu devolvendas et factas seu faciendas a sententiis diffinitivis et in criminalibus maleficiorum infra xx dies continuos tunc postquam fuerit porrecta appellatio quam quilibet appellans teneatur porrigere iudici appellationum infra x.

II

dies continuos a tempore late sententie .i. quo tempore si non appellaverit et non prosecutus fuerit causam iudex appellationum non audiat nec recipiat postea et si non erit terminata et diffinita dicta appellatio infra .xx. dies lata maneat sententia hoc addito quod si quis condempnatus pro aliquo maleficio appellaverit qui non satisdederit in curia domini potestatis non audiatur in sua appellatione nisi prius satisdederit de solvendo condempnationem de eo factam si confirmabitur per eum et hoc intelligatur in contumacibus absentibus et detemptis sub custodia. Et quod dictus iudex appellationum non possit in aliqua causa criminale cognoscere alium iudicem vel ... pena ...

criminalibus

De processibus non irritandis — Cap. — CXIII

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua condempnatio facta erit secundum formam capitulorum seu ordinamentorum comunis vel domini potestatis vel eius iudicis vel alium habentem iurisdictionem iudicandi in causis criminalibus occasione alicuius maleficii vel excessus et in ipsa sententia condempnationis sive processu erit obmissa aliqua iuris sollempnitas vel ordo iuris vel processus factus esset seu sententia lata aliqua die feriata quod propterea non possit anullari dicta condempnatio vel processus sollempnitate iuris non observata dummodo de ipso maleficio vel excessu constet legiptime probatum esse per testes vel confessionem seu contumaciam condempnati. Et iudex qui cognoscit super appellationibus criminalibus non infringat aliquam condempnationem seu sententiam criminalem talis defectus nec etiam audire vel intelligere aliquem allegantem talia ex quo ut dictum est de maleficio vel excessu constat.

Quod iudex appellationum consideret secundum acta prioris curie — Cap. — CXIIII

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum teneatur et debeat cognoscere et diffinire super appellationibus criminalium causarum et iudicare secundum acta prioris iudicis tamen salvo quod si aliqua pars voluerit et protestata fuerit inducere testes vel alias probationes legiptimas in principali causa coram potestate vel iudice maleficiorum et testes non fuerint recepti vel alie probationes legiptime quas inducere voluisset tunc iudex appellationum possit et debeat predictas probationes recipere ut supra dictum est in precedenti capitulo.

Quod omnes appellationes terminentur — Cap. — CXV

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum cognoscere et terminare debeat et sententiare omnes appellationes unam vel plures ad eum devolutas et factas seu devolvendas seu faciendas diffinitivas super civilibus causis infra .xxx. dies utiles postquam appellatio interposita fuerit quam quilibet appellans teneatur porrigere ipsi iudici infra .x. dies continuos a tempore late sententie .i. quo tempore si non appellaverit et appellationem non porrexerit non audiatur appellans et si terminata non erit appellatio

continuos

data .i. decem tempus xlv dierum rata maneat sententia ~~Additum est huic~~
~~capitulo~~ quod iudex ad petitionem victoris vel illius contra quem appellatum est teneatur facere
produci in dicta causa appellationis et compellat appellatorem procedere .i. terminum sibi prefixum
a iudice assignandum. ~~Additum est huic capitulo~~ quod si dictus iudex .i. decem tempus non
terminaverit et negligens fuerit condempnetur per suum successorem in x. libras denariorum quotiens
contrafecerit — *Ut infra .x. dies appellatio super preceptis interlocutoriis*
terminetur — Cap. — xvii —

Item statuimus et ordinamus quod iudex appellationum teneatur cognoscere et terminare
et diffinire omnes appellationes unam vel plures super gravaminibus et
preceptis et interlocutoriis .i. decem dies continuos tantum postquam dicta appellatio
fuit porrecta. Quam quilibet appellationes facte sunt iudici delegato commissa
eo casu quo in civitate non esset maior sindicus aut iudex appellationum vel e
gravator et ponatur teneatur .i. duos dies numerandos atque gravaminis pre
pti vel tempore interlocutorie facte et citius si fieri poterit quod dictus iudex facere
possit omni solempnitate obmissa et ordine iuris non servato dum tamen hec
fiat in scriptis et si non fuerit terminata .i. decem tempus rata maneat sententia. — Per dictum quod in appellationibus ab interlocutoriis intendendo esse gravamini de necessitate non exprimant

De feriis estatis vendemiarum et diebus feriatis — Cap. — xviii —

Item statuimus et ordinamus quod ferie estatis et vendemiarum observentur hoc
modo scilicet quod ferie estatis sint a kalendis Iulii usque ad festum ~~sancte~~ Bartolomei
~~Marie~~ de mense augusti. ferie vero vendemiarum incipiant et incipere debeant die
quintadecima mensis septembris et ferie die quintadecima mensis octubris. Et ordinamus
quod iudex bancharum teneatur debeat diebus iuridicis omnes tam forenses quam
cives stare in palatio ad ius reddendum continue exceptis infrascriptis diebus
qui feriati sunt.

Et primo de mense Ianuarii prima dies circumcisionis domini cum diebus sequentibus
usque ad Epiphaniam | dies post epiphaniam | ~~festivitas sancti~~
~~marcelli~~ | festivitas sancti Antonii abbatis | festivitas sanctorum martirum
Fabiani et Sebastiani | Et conversio sancti Pauli | Et sancte Agnetis | ~~Fe~~
~~stivitas sancti Vincentii et Anestasii~~
De mense februarii | Vigilia sancte Marie virginis | festum eius purificationis
festum sancti Blaxii | festum sancte Agathe | festum Chatedre sancti Petri
| Et festum sancti Mathie.
De mense Martii | ~~festivitas sancti Herculani~~ | festivitas sancti Thome
de Aquino | festivitas sancti Gregorii pape | festivitas sancti Benedicti | vigilia
sancte Marie virginis | et festivitas eius annuntiationis.

¶ De mense aprilis | festiuitas sancti Georgij | festiuitas sancti marchi eua
geliste | festiuitas sancti petri martiris de ordine predicatorum
¶ De mense Maij | festiuitas sanctorum phellippi et Jacobi | Sancte crucis.
| festiuitas sancti Johannis ante porta latina. | festiuitas sancti michael angeli.
¶ De mense Junij | festiuitas sancti barnabe | festiuitas sancti Juliani
| festiuitas sancti Johannis batiste. | festiuitas sanctorum Johannis et pauli
| festiuitas sancti Leonis pape | festiuitas sanctorum petri et pauli | festiui
tas sancti fortunati
¶ De mense Julij | festiuitas sancti Illuminati | festiuitas sancte margarite
virginis et martiris | festiuitas sancti Alexij | festiuitas sancte marie
madalene | festiuitas sancti apolonaris | festiuitas sanctorum Jacobi et philippi
¶ De mense augusti | festiuitas sancti petri in vinclis | festiuitas sancti
domici | festiuitas sancti donati | festiuitas sancti Laurentij | festiuitas
sancte clare | Vegilia sancte marie virginis | festiuitas assumptionis eiusdem
| festiuitas sancti Bernardi | vigilia sancti floridi | festiuitas eiusdem | fe
stiuitas sancti Bartolomei | festiuitas sancti agustini | festiuitas de
collationis sancti Johannis batiste.
¶ De mense Setembris | festiuitas sancti Egidij | festiuitas sancte marie vir
ginis | vigilia eiusdem | festiuitas sancte crucis | festiuitas sancti mathei
apostoli et euangeliste | festiuitas sancti Jeronimi.
¶ De mense Octubris | festiuitas sancti Beati Remigij | prima dies kalende
Octubris ad eius honorem et recuperationis nostri status per expulsionem
Tirannice prauitatis petramalensium | festiuitas sancti Francisscj
| festiuitas sancti Luce | festiuitas sanctorum Symonis et Jude. ./. cum sequenti die offitij mortuorum
¶ De mense Nouembris | vigilia omnium sanctorum | festiuitas omnium sanctorum | fe
stiuitas sancti martini | vigilia sancti floridi | festiuitas eiusdem | fe
stiuitas sancte Cecilie | festiuitas sancte Chaterine virginis et mar
tiris | Et festiuitas sancti Andree apostoli
¶ De mense decembris | ~~festiuitas sancte Barbare~~ | festiuitas sancti nico
lai | festiuitas sancti anbrosij | festiuitas conceptionis Beate marie ~~conceptionis beate v.~~
virginis | ~~festiuitas sancti Genesij~~ | festiuitas sancte lucie | fe
stiuitas sancti thome appostoli | vigilia natiuitatis domini nostri yhesu
christi | festiuitas natiuitatis eiusdem | festiuitas sancti stephani
| festiuitas sancti Johannis appostoli et euangeliste | festiuitas innocentium
| festiuitas sancti thomassi archiepiscopi | festiuitas sancti siluestri.
¶ Item volumus quod in honorem dei sint feriati omnes venerabiles

dies solis qui dominicales vocantur et omnes dies veneris. Salvo quod in
dictis diebus veneris possint in causis allegationes fieri et causis appellationum procedi
dies Pasche Resurrectionis domini nostri yhesu xpi cum septem diebus prece-
dentibus et cum viii aliis diebus sequentibus pro feriatis et modo habentur
Item dies iii rogationum et dies Ascensionis domini. Item pasca penteco-
stes cum duobus diebus sequentibus Item festum corporis xpi. [illegible]
mariis et volumus quod diebus quadragesimalibus et quatuor temporum et
aliis quibus homines ieiunare tenentur sedere debeat ad ius redden-
dum semel in die tantum videlicet a mane usque ad nonam horam Et siquis
contra fecerit condempnetur cum in c. s. d. — Ut potestas compareat

Iu[illegible] de modo refficiendi appassatum — Cap. — CXVIII

Item statuimus et ordinamus quod futuri potestates ipsi debeat prestare et sexaginta
consilio ipsi et generali de modo refficiendi appassatum eius.

Quicumque senserit gravatum se a fideiussore suo tractare compromittere — Cap. — CXVIIII

Item statuimus et ordinamus quod quicumque dixerit se gravatum a fideiussore
suo sive ab illo qui se pro eo vel eius obligavit etc. quicumque dicta
a mccclxxiii de mense octubris et abinde citra per unum annum qui ille
qui fecerit illam fideiussionem sive obligationem ad petitionem illius qui dixerit se
gravatum fuisse a dicto suo fideiussore Iudex domini potestatis sive
Capitaneorum cogi facere tractare compromittere in amicos de iure
et de facto non obstante aliquo processu facto contra talem principalem.

De illis qui se gravatos dixerint contra processum factum curie domini
Fagioli — Cap. — CXX

Item statuimus et ordinamus quod quicumque dixerit se gravatum fuisse
contra formam seu processum actitatum in curia domini Fagioli per
potestatem et iudices ad petitionem illorum qui dixerint se gravatos fore contra
debitam formam et processum facere compromittere in amicos tractare.

De debitis antiquis exigendis — Cap. — CXXI

Va Item statuimus et ordinamus quod debita contracta a mccclxxiii die
prima kalendas octubris retro petantur et exigantur isto modo et
forma videlicet quod super exactione ipsorum supersedeatur omnino a die publi-
cationis huius statuti ad unum annum tunc proxime sequentem quo
anno finito statim creditor possit petere realiter et personaliter me-
dietatem de debito a suo debitore. Super exactione vero aliarum me-
dietatis supersedeatur omnino per alium annum incipiendo finito primo
anno quo supra [illegible] finito statim creditor possit dictam

aliam mercedem quaslibet et realiter exigere. Item super debitis contractis a millesimo
trecentesimo vigesimo octavo die prima mensis octubris citra usque ad millesimum tre
centesimum vigesimum nonum die prima mensis Januarii idem observetur ut
dictum est supra in aliis debitis contractis a millesimo trecentesimo vigesimo nono
citra usque kalendas octubris proxime preteritas sicut alia debita exceptis contracta a
millesimo cccxxviii usque ad millesimum trecentesimum nono. Et addito in hoc
capitulo quod nemo occasione predictorum debitorum possit vel debeat realiter vel
personaliter capi cogi molestari vel detineri modo aliquo hinc ad fe
stum nativitatis nostri yhesu christi proxime futurum nec in predictis de
bitis capitulum guarentigie vendicet sibi locum hinc ad supradictum
festum nativitatis domini

De debitis vero centum solidorum et abinde infra presidio et comple
mento siue crediti possit peti et exigi secundum formam statuti guarentigie
adversus creditores dummodo non descendat a maiori quantitate. Salvo
quod si petere vellet pro residuo et complemento possit dummodo non
possit capi personaliter sed realiter sic usque quo alia debita possit
exigi personaliter.

In debitis vero contractis venditionum rerum immobilium societatum affictuum pen
sionum et redditum dependentium factis mercatoribus vel cansoribus hoc modo vi
dicta debita a kalendis octubris proxime preteriti vero citra non possit nec debeat
exigi nec peti usque ad kalendas novembris proxime venturas termino vero dicto
termino possit peti et exigi secundum formam statuti guarentigie realiter et personaliter salvo
cat semper statuto quod loquitur de alimentis prestandis mulieribus et non preiudicando.

Quod nemo cui competit pura intentio dimidiam rerum ad se pertinet
capitulum cxxii

Item statutum et ordinatum est secundum formam inscripte petitionis. Cum
vobis dominis statutariis communis Civitatis Castelli quod vobis placeat
statuere et in alia statuta ponere quod quicumque de Civitate vel comitatu Ca
stelli vendidisset alicui persone de ipsa Civitate vel comitatu aliquas possessiones
res immobiles et talis emptor post dictam venditionem possessionem dicte rei habuit
et ea possiderit quod non liceat tali venditori vel suis heredibus pro aliquo
possessionem dicte rei accipere vel reavere. Et si quis huiusmodi possessionem reaccepisset
violenter dictorum venditorum vel suorum heredum reaccepisset vel haberet ex
hac de causa possessionem ad petitionem dictorum emptorum et suorum heredum. Et quod po
testas teneatur vinculo sacramenti dictum emptorem et suos heredes in possessionem
dictarum rerum sic venditarum reponere in pacifica possessione. Et predicta locum

heant et in admi[n]istratione bonorum mobilium legit[ime] fact[a]. **Quod creditor possit**

tenuta[m] accipe[re] de bonis alienatis sui debitoris non facta executione — Cap. — CXXIII —

Item statuimus et ordinamus [quod] [con]firmetur (va) sup[er] i[n]scripta petitione Cuius tenor talis est. Cora[m]
vobis prudentibus viris d[omi]nis statutariis co[mmun]is Castelli. Cum p[er]
multos Cives et comitatenses facta sit alienatio bonorum suorum in fraudem
creditorum ac et multorum bona p[er] alios detinea[n]tur indebite et iniuste quo[d]
ad creditores qui iure et t[em]p[o]re sunt p[ri]ores et potiores quare oportet ipsos
creditores volentes exige[re] ad excussione[m] bonorum procedere, que q[ui]de[m] excu
ssio sine lungissimi t[em]p[or]is transcursu et expe[n]sis innumeris nequit fieri. Ideo
supplicatur p[ro] co[mmun]i et evidenti utilitate, et ut parcatur laboribus et expe[n]
sis velitis providere et ordinare et statutu[m] facere sup[er] p[re]dictis co[mmun]i et via q[ue]
vobis decentior videbitur ad hoc ut ipsi creditores Ius eorum sine mo
re tedio consequi valeant cu[m] effectu. (cat) Quod cu[m] aliquis creditor ageret
co[ntra] debitore[m] ad debitu[m] et ad eius petitione[m] facta fuerit primitus co[ntra] ipsum debi
tore[m] et dato executore qui det tenutam si dictus baiulus executor retulerit
se nichil invenire de bonis debitoris p[ro] debito exeque[n]do dictus creditor
tali relatione facta p[er] baiulum. possit et valeat ire agere et procedere co[ntra] possessores
et detemptores bonorum dicti sui debitoris p[ro] dicto debito vel eius parte p[ro]
quo non reperit tenuta absque alia excussione sive primitus excussione
fienda. Baiulus q[ui] dictam relatione[m] fecerit si apparuerit debitore[m] bona
aliqua (a) immobilia habere vendita potuisset dari tenuta co[n]dempnetur in x. libr. den[ariorum].

Quod non opponatur contra creditores quod non sint legiptime relevati — Cap. — CXXIIII —

Item statuimus et ordinamus [quod] [con]firmetur (va) sup[er] forma i[n]scripte petitionis Cuius petitionis
tenor talis est. Item Cum plurimu[m] p[ro] petelandis ca[usi]s oppo
nuntur exceptiones contra p[er]sona[m] non esse legiptime relevatam ne ea p[ro]p[ter] p[ro]lo[n]ga
tionem velitis statuere et ordinare (vetur) q[uod] pareatur etatis vel enim tali actoris
quia rei dum modo co[n]stituentes p[ro]mictant de rati habitatione et iudicatum sol
vere ad mictantur p[ro] legiptime p[er]sone et q[uod] non possit opponi co[ntra] eos q[uod] non
fuerint legiptime relevati. **Quod concessio facta domino bartholomeo**

de petramala p[er] p[re]positos [com]p[er]atori sit nulla — Cap. — CXXV —

Item statuimus et ordinamus [quod] sup[er] i[n]scripta petitione cuius petitionis tenor talis est.
Dinanze da voi signori del popolo et statutarii chiamati per la
reformaigione de la città piacciave de providere et ordenare che
qualunche p[er]sona avesse venduto ad alcuno de quelli da petra
mala o ad altri, receuendo p[er] alcuno de loro pieno del suo va
lore et possano i dicti venditori remectarse e tenuta et e posse

senza nuna pena et senza nuno precio. Item quia quidem petitio ordinavit
quod omnis concessio seu alienatio facta per Ceptum Vigulini patri Genani domino Bar
tolomeo de Petramala de aliquibus bonis dicti Cepti vel alii per eo stipulanti et re
cipienti per Benecasi vel alium notarium tollatur et irritetur et sic nulla ipsa bona
concessa et alienata recipere et habere possit cui facta fuit, pro eum ut debitare
dicebatur in quibus erat ipse tempore per condempnatione dicto facta soluta tamen per eum
com ipsa condempnatione quam solvere tenetur hinc ad duos annos quolibet
anno medietatem.

Item statutum et ordinatum est secundum formam petitionis inscripte. Cuius petitionis tenor
talis est. Coram vobis nobilibus et prudentibus viris dominis statu
tariis. Pro parte multorum civium Civitatis Castelli reverenter expo
nitur quod tempore domini Rodulfi de Petramala fuerunt multi processus facti
ad petitionem et instantiam multorum civium et comitatensium Aretinorum et
exinde adiudicationes secute, unde sit in dampnum et preiudicium hominum
Civitatis et comitatus Castelli contra quos procedebatur per ipsos aretinos. Quare
petitur et cum reverentia supplicatur quatenus vobis placeat in statutis comunis ap
ponere quod omnes illi processus et adiudicationes exinde sint vane et cassae
et nullius valoris reservato iure de novo procedendi et petendi ipsos
aretinos secundum formam ante dictos processus et adiudicationes habitam.

Quod nullus reformationis teneat scribere protestationes que fierent contra rectorem
et officiales comunis — Capitulum — CXXXVII

Statutum et ordinatum quod nullus reformationis et cancellarius comunis teneatur
et debeat ad petitionem quorumlibet civis et comitatinum de Civitate
volentis aliquid protestari aliquam ex rectoribus vel aliis quibuscumque
officialibus dicti comunis exceptis dominis prioribus populi protestationem scribere et
in publicam formam redigere et tali protestanti exhibere recepto salario ab
eo competenti dummodo non excedat quantitatem x solidorum. Ad penam xxv librarum
quotiens contrafecerit. Si quis vero rector et officialis comunis vel primus alius
coram quo fieret protestatio predicta vel aliud ipsius curie officialis
faceret vel inferret tali protestanti, notario vel testibus aliquam
novitatem molestiam vel gravamen seu preceptum aliquod ipso facto penam
C librarum incurrat in qua sit sindicatus tempore condempnetur.

Quod huius modi fieret preiudicium instrumentis contrahendis ad ius red
dendi ubi et quibus horis — Capitulum — CXXXVIII

Item statutum et ordinatum quod ad evitandum audacie confusum

et rectoris et officialium indigentiam et advocatorum labores et tedia et ut q
stiones et lites sine debito terminet quod singulis diebus tam quadragesimalibus [vacat]
quam aliis quibuscumque tam ieiunii quam aliis iustitias et non feriatis ius red
dat de mane in curia domini Capitanei et de sero post nonam et an ves
pas in curia domini potestatis. Et predicta habeant locum tempore offitii presentis po
testatis et Capitanei. Et quamquam forma sit in dictis curiis et actitata huiusmodi ple
nam obtineat roboris firmitatem. Post novum Regimen presentis potestatis
et capitanei modus talis servetur quod singulis diebus iustitias reddat
ius in curiis tamen bis in die de mane usque ad tertiam et de sero post
nonam usque ad vesperas in maiori sala palatii Comunis in quo mo
ratur dominus potestas. Et quod Iudex Civilium causarum domini Capitanei et
et alii Iudices minores Civilium causarum teneantur vinculo iuramenti et
pena .xxv. librarum ire horis congruis et debitis ad palatium comunis in
quo moratur dominus potestas et in eodem palatio ius reddere prout
alii Iudices domini potestatis. Diebus autem quadragesimalibus et ieiunii
predicti omnes Iudices semel tamen in dicto palatio ius reddere debeant
et ad banchum iuris sedere a mane usque ad nonam.

Quod exceptio inpassationis non possit opponi petenti vel repetenti dotes
seu pupillis vel adultis administrationis rationem petentibus — Capitulum — CXXVIII

Item statuimus et ordinamus quod petenti vel repetenti dotes aliquas
vel et pupillis seu adultis petentibus rationem administrationis
sibi reddi a tutoribus vel curatoribus vel heredibus eorundem non opponatur
nec opponi possit exceptio quod tales dotes et iura assignate et assignata
non fuerint in appassationibus comunis. Et opponens talem exceptionem non audiatur.
Et nichilominus non obstante dicta exceptione in causa procedatur. Et predicta
locum habeant ad presentes lites et futuras.

Quod obligati filiis et heredibus Gualterocti non possit opponere exceptionem
inpassationis — Capitulum — CXXIX

[va] Item statuimus et ordinamus quod obligati pro aliquibus debitis filiis
et nepotibus et heredibus seu successoribus olim Gualterocti domine Su
bilie non possit opponere contra eos exceptionem appassationis et quod dicta debita in
appassationibus comunis non fuerint assignata cum tempore filii et heredes Gualterocti
appassationis conditi tempore fuerint absentes a Civitate predicta taliter quod ullo
modo eorum credito in dicto appassationis nullo modo potuerant assignari. Et
[cat] opponens talem exceptionem non audiatur. Et nichilominus procedatur in causa.

*Quod Cives obligati aliquibus Civibus possint compelli ad solutionem [illegible] pro [illegible]

Tabschiat — Cap — CXXXI

Item statuum et ordin q cives qui obligati sut p co[mun]e [...] apud
aliquos cives et q sunt istis osuationis in dapne asindico dei cois
nullo mo cogi possit ad solutio deor debitor n ad aliq[ua]m pte debiti q
sua ps fuit ubi capitale. Qua bria pte soluta liberi sint et abso
luti acepta mat cancellare ad deor debitor eis obligator petitoem
soluendo dcam etiam in [...] statutis et ordinatis ac et ordinad in
stat cois p[re]fati et no ante. Et hec i telligat de obligat fus et [...]
dudum a kaled octub[ris] retro. Anu dni millesimi trecentesimi quti.

Qd obligati p gabell debit p coi molestari p
sonalr no possint — Cap — CXXXII

Cum multi cives dce Civitat olim de uca Choacti p dnm
Rodulfum de Cremmala tuc Tiranum i dca Civitat appa
reat et sint obligati p dco coi apud certos foresi i pluribz qti
tatib pecie et maxie apud Andream deti et Lucam Andree Beue
nuti de Burgo sci sepulcri i qutit quindecim Centenarior flor de auo
ut ostat pu isto scpt p sre Peru sr Francisch not et capitale uer
dce sume fuit quigetor flor de auro tatu. Qui quigeti floreni
no fuer deor Andree et Luce si uere fuer dni Uberti de Cremmala
et Lambti bacchini. nec mi dci obligati heant i[n]ser et [...] osuat
i dapnitat scptum p sre Jeronimu sr Jacobi asindico dci cois fori
et fcam ut de isto sindicat patet p sre Geriu sr Benctasc not.
nec est decens q huiusmoi obligati nec aliqui alij hntes ista osua
tois indapnitat asindico dci cois aliqb forensibz sic obligati qsi
a dco Tirano et suis officialibz tuci no poterunt exobligati huiusmoi
recipiat lesioem. Statuimus et p[rese]nti lege firmamus q p[re]fati sic ob
ligati nec aliqs ipor nec ipor heredes ul alicui cor apud dcos ac
dictos foresi i nec alij quicuqz apud foresi obligati p dco coi hntes
ista osuat i dapnitat asindico dci cois ex uigore dce obligat nec
ex uigore stat ul reformat dci cois ul p[ar]ti fcor ul ul facied
nec quacuqz alicui arbitry cocessi ul in posteru cocedendi p dnos
potitem ul ~~capitaneu~~ Sindicu nec aliquem cor nec p aliquem offi dci
cois quocuqz noie ccseat possit ul debeat ullo tpe molestari ul
igetari realit ul psonalr mo aliquo siue ca. Et si p aliquem deor Recthor
ul officialiu fuerit i aliquo ofon tal osfioes pena quattuor libr
dn cor icurrat ipo fco de qua absolui no possit p osiliu ul
arengam cois ul p[ar]ti Civitat huiusmoi. Et huiusmoi forenses et

et preterea forenses creditores permissi apud quos fiat appareat dicta obligatio.
Quindecim centonariorum de anno forenses intelligantur et pro forensibus habeantur non uere
sint oriundi de ciuitate predicta et continui habitatores cum eorum familiis ciuitatis
predicte capitulo constituti loquente de guarentigia uel aliquo alio non obstante qui in
contrarium loqueretur.

Quod forensis non possit petere eorum credita contracta hinc ad v. annos. Capitulum CXXXIII

va Item pro euidente utilitate et comodo dicti communis et populi et hominum predicte
nostre ciuitatis statuimus et ordinamus quod forenses creditores debentes aliquid
recipere ex aliquibus olim contractis et factis a kalendis octubris preteritis currentibus millesimo tre
centesimo quinto cum isto aut citra uel sine ab aliquibus singularibus hominibus et
personis collegio uel uniuersitate dicte ciuitatis non possit illud petere uel ex
igere a dictis hominibus collegio uel uniuersitate in totum uel in partem hinc ad quin
que annos proxime uenturos. Cum dicte ciuitatis et comitatus homines fuerint et fuerint
nimis oppressi et afflicti temporibus preteritis rapinis et sceleratis extorsionibus tirannorum et aliis
intolerabilibus casibus que subire mutationes et guerrarum discrimina contulerunt.
Et intelligatur in predictorum illum esse forensem qui non est oriundus de ciuitate uel
comitatu Castelli. Et quicumque diceret uel opponeret contra aliquem ciuem quod esset
forensis et ille ciuis negaret se esse forensem et ille talis opponens in terminum trium
dierum sibi per iudicem assignandum non probaret illum esse forensem condempnetur ille talis
opponens et id non probans in xxv. libris denariorum cortonensium per dominum potestatem uel capitaneum
et nichominus contra eum procedatur secundum formam statuti et iuris. Et illud idem in
telligatur in illis ciuibus qui haberent uel habuissent ius cessum ab aliquo forense
contra ciuem uel comitatensem dicte ciuitatis Castelli. Et predicta non preiudicent
de mercatiis lane
 et grani uel aliis similibus mercatiis uel pro dotibus uel possessionibus
emptis et uenditis non obstante capitulo. ... uel aliquo alio in contrarium loquen
te. Additum est huic capitulo quod terminus dictorum quinque annorum in quos forenses
credita eorum petere non poterant denouo incipiat et incipere debeat in anno domini
millesimo trecentesimo quadragesimo quinto indictione xiii die tertio mensis Maii pon
cat tificatus domini Clementis pape vi.

Quod uniuersi sindici et gualdarii comitatus promittere et satisfacere debeant. Capitulum CXXXIIII

Ad tollendas comitatinorum nostrorum querelas et eorum tollenda grauamina
preterea superuacua et quibus dicere possit merito se grauatos. Statuimus
et ordinamus quod sindici castrorum et uillarum comitatus nostri et gualdarii sa
tisdent in principio regiminis dominorum potestatis et capitanei dicti communis de parendo
mandatis dicti communis et rectorum predictorum et aliis faciendis que per statuta dicti
communis et populi tenentur iurare promictere et satisdare hoc modo uidelicet quod sindici

et gualday cont porte [va] S. marie et porte Sci floridi Juret et pmictat et sati
sdent de pdcis in Curia dni Capitanei. Sindici vero et Gualday cont p. S.
Jacobi et porte Sci Egidii in curia dni potestatis et alit nec in alia curia sati
sdare Jurare vel pmictere non cogant. Et dicte satisdationes sic pstite suffi
ciat in omnibus curiis recthorum et officialium dci cois et ppli. Et satisdatio p
stita per dcos syndicos et gualdarios Coram uno recthore vel ei officiali
valeat et teneat aliis et aliis omnibus dci cois et ppli. Recthoribus et offitialibus et
offitialibus Nec teneatur sindici et gualdarii pdci in curia dni maioris
sindici satisdare. Et quod nec syndici et gualday pdcorum Castrorum et vill
arum nec eorum fideiussores nec aliqua spalis psona de Civitate pdca vel cont
cogi vel cpelli possit per aliquem recthorem vel off dci cois ad imposita
datia soluenda nisi demum post terminum quanti plures soluendi datii
per dnm ex statutu vel statuendo ad. C. libr penam. tali Recthori vel off
cfacienti tpe sui sindicatus tollendam nisi forte tal coactio pcederet ex p
visione et deliberatione facta per dnos priores ppli per tpe in offitio existentes.

Quod bona insolut adiudicata fideiuss quod debitor credit dari debeat
Capitulum ——— CXXXV

Cum per pte creditorum quamplurimum non sine querela expositum fuit
et naratum quod quidam fideiussores quorundam debitorum apud ipsos
creditores in diversis et variis quantitatibus obligati fecerint multos pcessus
ptestu consuetudinis indepnitatis contra principales debitores et tenutas acceperint
quod Iniustum esse videtur ad creditores pfatos qui recipe debent ab
eorum debitoribus pecuniam ipsorum et ea non dum exigere potuerunt. Hec
inepta fore cernentes, statuimus et psenti lege sancimus quod talia bona
sic accepta et adiudicata et in solutum data dictis fideiussoribus sint et esse de
beat illorum creditorum qui recipe debent pecuniam et res de quibus dicta
fideiuss facta fuit. Et eis creditoribus dentur et tradantur a pdcis fi
deiussoribus et ea in solutum habentibus. Quam creditores dci bonis et possessionibus re
ceptis a dictis fideiussoribus de quantitate eis debita cpensare teneantur per ea quantitate.
qua dicta res extimata fuit secundum formam statuti cois pdci et de
eadem quantitate in istem finitionis et quietatione talibus fideiussoribus facere. Et aliter
aliter pdca bona habere non possint. Nec dci fideiussores ad dictorum bonorum et
possessionum dationem seu traditionem minime teneantur et p.

7v

Incipiunt Rubrice Secundi libri.

De modo conquerendi — Capitulum j.
De modo citandi minores vel heredes — Capitulum ij.
Qualiter procedatur contra reos contumaces — Capitulum iij.
Si fideiussor negetur promissus — Capitulum iiij.
Qualiter procedatur si citatus venerit vel non venerit — Capitulum v.
Qualiter procedatur si non reparatur tenuta — Capitulum vj.
De advocatis dandis petentibus — Capitulum vij.
Quod nullus possit patrocinium recusantibus solvere datium — Capitulum viij.
Quod non reddatur ius non solventibus datium — Capitulum viiij.
De advocatis removendis — Capitulum x.
De testibus cogendis — Capitulum xj.
De sequestrationibus faciendis — Capitulum xij.
De novo opere faciendo — Capitulum xiij.
Quod non producantur ultra x testes — Capitulum xiiij.
De etate filiorum probanda — Capitulum xv.
De recusatione iudicis bancharum — Capitulum xvj.
Quod potestas et iudex bancharum possit dare tutores — Capitulum xvij.
Quod iudex bancharum possit imponere banna — Capitulum xviij.
Quod omnes homines de civitate et comitatu veniant ad bancharias comunis — Capitulum xviiij.
Quod nullus iudex forensis possit consulere in aliqua causa — Capitulum xx.
De sententiis et preceptis exequendis — Capitulum xxj.
De sententiis et preceptis ratis habendis — Capitulum xxij.
De tenutis dandis expeditis — Capitulum xxiij.
Qualiter consumatur tenuta — Capitulum xxiiij.
De exbannitis pro debito rebanniendis — Capitulum xxv.
Qualiter procedatur contra retinentes debitores — Capitulum xxvj.
De laudis et arbitris — Capitulum xxvij.
De salariis arbitrorum — Capitulum xxviij.
De executione sententiarum et laudorum — Capitulum xxviiij.
De precepto guarentigie — Capitulum xxx.
Quando accipiatur notarius bancharum — Capitulum xxxj.
Quod processus facti quando sint cassi — Capitulum xxxij.
De relictis et legatis — Capitulum xxxiij.
De re commodata et deposita — Capitulum xxxiiij.

Quod hospites restituant res eis commissas et recomendatas — Capitulum xxxv.
De donationibus inter vivos et venditionibus — Capitulum xxxvi.
De Concessionibus factis de rebus alterius ex consilio — Capitulum xxxvii.
Quod venditor teneatur ad defensionem rei vendite — Capitulum xxxviii.
De eo qui vendidit rem duobus — Capitulum xxxix.
Que infra venditiones per casus habeant — Capitulum xl.
Quod uxor admictatur ad defensionem bonorum mariti — Capitulum xli.
De solutione fienda magistris lapidum et lignaminum — Capitulum xlii.
De pensalibus et tramezatoribus et eorum salario — Capitulum xliii.
De alienationibus factis per vim et metum vel privatum carcere — Capitulum xliiii.
Quod alimenta prestentur a filiis parentibus — Capitulum xlv.
De alimentis prestandis mulieribus — Capitulum xlvi.
Quod principales et fideiussores conveniantur in solidum — Capitulum xlvii.
Quod principales et fideiussores coram conveniantur in solidum — Capitulum xlviii.
Quod creditores restituant debitoribus infra debitum cancellata — Capitulum xlix.
De petentibus debitum ante terminum — Capitulum l.
De petentibus debitum solutum — Capitulum li.
De appositurate alterius non retinenda — Capitulum lii.
De muliere dotata — Capitulum liii.
De minore qui dotem recepit — Capitulum liiii.
Quibus creditoribus currat prescriptio — Capitulum lv.
De prescriptione non currenda — Capitulum lvi.
Quod conflictus non preiudicet — Capitulum lvii.
Quod forenses a civibus antiqua debita petere non possint — Capitulum lviii.
De pene et iusticie non recipiendis a forensibus — Capitulum lviiii.
Quod nullus civis possit se obligare pro forensibus — Capitulum lx.
De discidendis discordiis inter socios — Capitulum lxi.
Quod nullus laicus possit se obligare pro clerico — Capitulum lxii.
Qui non habitaverit in civitate continue non habeat pro cive — Capitulum lxiii.
De comunibus edificiis et clausuris faciendis — Capitulum lxiiii.
De trabibus comunibus ponendis — Capitulum lxv.
De arboribus pendentibus super terreno alterius — Capitulum lxvi.
De eo qui habet super terreno alterius arbores — Capitulum lxvii.
Quod tutores et curatores reddant rationem administrationis — Capitulum lxviii.
De fideicommissariis — Capitulum lxviiii.
De rebus litigiosis — Capitulum lxx.

De rebus libellariis — Capitulum lxxi
Quod concessiones facte de rebus libellariis non possint revocari — Capitulum lxxii
De jure homagii — Capitulum lxxiii
De cassatione homagii — Capitulum lxxiiii
De homine alterius non retinendo — Capitulum lxxv
De liberatione hominis alterius — Capitulum lxxvi
De homine alterius committente fraudem in diversione honorum — Capitulum lxxvii
De homine alterius qui maritaverit filiam vel neptem — Capitulum lxxviii
Quod nullus forensis agrat jura — Capitulum lxxix
Quod nullus homo possit vendere [illegible] dominicatia — Capitulum lxxx
Quod clericus professus factus ad bona paterna redire non possit — Capitulum lxxxi
Quod nullus [illegible] agrat ire quam per alium possidet — Capitulum lxxxii
Quod nullus possit facere fossatum vel [illegible] in preiudicium [illegible] — Capitulum lxxxiii
Quod [illegible] — Capitulum lxxxiiii
De notariis dandis volentibus [illegible] — Capitulum lxxxv
Quod notarii non [illegible] — Capitulum lxxxvi
De concessione facta de rogationibus notariorum mortuorum — Capitulum lxxxvii
Quod rogita completa [illegible] notariorum mortuorum valeat — Capitulum lxxxviii
De [illegible] — Capitulum lxxxviiii
Quod [illegible] non [illegible] notarius ex rogitu [illegible] — Capitulum lxxxx
De [illegible] complendis — Capitulum lxxxxi
Quod [illegible] possit habere copiam [illegible] — Capitulum lxxxxii
Quod [illegible] optime [illegible] — Capitulum lxxxxiii
Quod habens [illegible] domum alterius [illegible] quam [illegible] — Capitulum lxxxxiiii
De [illegible] qui vendunt [illegible] non [illegible] — Capitulum lxxxxv
De officio sindici maioris et [illegible] appellationum — Capitulum lxxxxvi
Quod potestas [illegible] facere consilium ad petitionem sindici maioris — Capitulum lxxxxvii
Quod potestas [illegible] appellationum — Capitulum lxxxxviii
Quod sindicus maior possit imponere multa et banna — Capitulum lxxxxviiii
Quod nulli sit licitum appellare in [illegible] appellationis — Capitulum C
[illegible] sit licitum appellare — Capitulum Ci
Quod [illegible] sit licitum appellare — Capitulum Cii
[illegible] sit licitum appellare — Capitulum Ciii
Quod nulli sit licitum appellare — Capitulum Ciiii